



Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. II. De Ordine præbenda annexo, non mox, sed intra annum
residentiæ suscipiendo ex statuto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

*Per fabre
monem
luminis non
mutat.*

seruus aut libertus ad decurionatum af-
pirauerit. l. 10. vbi seruus ædilis
factus conditionis sua conscientius
grauior punitur; errore lapsus
domino suo subiugatur.

Itaque per subceptionem prouincialis creatus conditionem suam non mutauit: imò grauior puniri potest, nec per huiusmodi subreptioniam promotionem adeptus est priuilegia, & prærogatiæ rectè constitutis prouincialibus ab Ordine concessas: sed imò in pristinum ordinem redigi potest. neque eius culpæ poenæque sublatæ sunt. Et suffragatur ratio; ne fraus sua, dolus, atque subreptio cuiquam optuletur, ob quam potius carere debet impetratis. c. super. x. de re script.

*In officio
pacis &c.
gessi, ali-
quatenus
quoniam e s-
tare di-
putaverat.*

Quod si tamen in officio præclarè se gessit, vt non tantum culpas emendarit, sed & virtutibus præluxerit; huiusmodi emendatio mereri videbitur, vt quasi culpis obliteratis, obitæ dignitatis gradum aliquatenus refineat. vti nouit ipse Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. c. nouit de pœn. d. 1. DD. in c. peccati venia. d. reg. iur. in 6.

Præsertim si superiores prouinciae ipsius promotionis consciæ, superioribus alterius prouinciae, seu iis ad quos spectat, vbi ita subrepit, defectus illius non indicauerint, argumento eorum, quæ statuta sunt c. 2. o. & tot. it. X. de seruis non ordinand. vt si scientibus & conuenientibus dominis ad sacros ordines fuerint promoti, statum mutent, & libertatem cōsequantur. itidem quoad ciuiles honores cautum est l. vi. & pen. C. qui militare posset. l. 12. vbi nisi intra triginta dies Iudicem domini adierint, dominium amittunt, serui liberi sunt, nec illus, honor, aut ius patronatus dominis seruatur: libertate autem concessa deliberat Princeps, si poriet eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari, inquit d. l. vi.

vtique, vt inquit d. l. pen. siquidem viles ad militiam eis datam fuerint; in ea durare: sin vero minimè idonei, præuari. Adeoque idem statuendum videtur de nostro religioso, vt emendato & virtutibus prælucuenti dignitatis obitæ prærogatiæ serventur: sin minus claruerit, degenerentur.

RESPONSVM II.

*De ordine probenda annexo
non mox, sed intra annum
residentia, suscipiendo ex
statuto.*

Statutum Ecclesiæ collegiaræ A. editum an. 1249, exigit, vt prouisus de canoniciatu iuret se ordinem suscepturnum præbendæ annexum intra annum à die primæ sua residentiæ: adeoque immemorabili vñi minores ætate prouisi quidem sunt; sed post residentiam ad ordinem incipiebant astrungi. Quæstum est an illud hodie per Conc. Trid. sit mutatum? videri potest in defectum An ea dilata-
poenarum Clementinæ, vt q. de cil. Trid. sit
at. & qualit. profic. tunc nondum restituenda?

latæ, exactum fuisse illud iuramentum. nam priuatio ipso iure ad parochiales Ecclesiæ refringitur. c. libet canon. de elec. in 6. Baerius decis. 223. Weyms. ad constitut. 24. Conc. Trid. in nouat. ad const. 3. n. 15. priuatio autem infligenda multas remoras pati potest, & causas speciales, contumaciam &c. requirit. c. quatuor (quod etiam in non annexis ordinibus loquitur) c. 1. & 2. X. de etat. & qualitat. proficendor. Weyms. vbi sup. n. 17.

Enimvero quamvis Conc. Trid. s. 24. 12. §. neminem admitti velit ad canoniciatum, qui ordinem an. Vbi de an-
nexum habet, nisi is ordinem ha- nixis ordi-
beat, aut ætatem, vt intra tempus nit. nibus dispo-

iuris eo iniciari possit: & s. 25. c. 5. vt huiusmodi qualitatibus, vel

B 4 ordi-

RESPONSA

ordinibus in prouisione nihil de-
trahatur, aliás ea subreptitia cen-
seatur: & s. 22. c. 4. vt iusto impe-
dimento cessante, intra annum or-
dines prouisus suscipiat, sub pœnis
Concilij Viennensis; atque etiam
irritæ prouisionis: tamen Conc.

3.
Nil muta-
tum est in
collegiatis.

Trid. loquitur de præbendis sim-
pliciter affectis; non autem in
collegiatis derogat affectionibus
conditionatis, modum aliquem,
aut moram temporis admittentibus.
vt est hic ambexio ordinum,
non simpliciter suscipiendorum
intra tempus iuri; sed demum
intra annum cœsurum post ceptam
primam residentium, & quam-
quam d. c. 4. s. 22. loquatur etiam
in Ecclesiis collegiatis: & d. c. 5.
s. 25. generaliter de affectis iam
ante: tamen d. c. 12. s. in omnibus
s. 24. affectos quidem deinceps esse
voluit canonicatus aliquo facro
ordine; sed exinde delignando:
sed & diserte loquitur tantum in
Cathedralibus; adeoque in colle-
giatis antea non affectis canonica-
tibus obtinet c. 6. s. 23. vt ab anno
ætatis 14. possint obtineri, nec ad
vlos ordines prouiri teneantur de
iure; aut in vim Concilij Trident.
obligari possint: affectum etiam
conditiones aut admittentium in-
stituta, in collegiatis Concilium
non absculit, aut in absolutos, aut
simplices mutauit, quia vnius ex-
prefatio est alterius exclusio: c. non-
ne. X. de presump. c. qualis. d. 25. nec
priùs ius corrigitur, nisi posterius
diserte exprimat. c. statut. de elect. in
6. s. sanctius C. de testam.

Dicendum est igitur à Concilio
Trid. statutum huusmodi in Ec-
clesia collegiata non esse muta-
tum, & prouisum ad ordinem an-
nexum non magis hodie, quam o-
lim, teneri ante residentiam. sed
per indirectum aliquid mutatum
dici potest per idem Conc. Trid. s.
24 c. 12. s. præterea quo hodie sublata
sunt statuta & consuetudines resi-
dentiā laxantes: vt sic residen-
tiā incipientes incipiāt annum

4.
Nisi per in-
directum ex
consequen-
tia impera-
tive residen-
tiā

in quo ad ordines debeant promo-
ueri quid de Cathedralibus Ecclæ-
siis huiusmodi statuta habentibus
æstimandum sit; diximus ref. 1. de
Institut.

De majoritate & obedientia

RESPONSVM I.

De exemptione ordinis S. Sal-
uatoris, & in quibusdam
subiectione.

Ordinarius Regularibus his
præcipit, vt ordinationes
tuas recipiant, & obseruent: illi
exemptos se esse ab illius legibus
respondent: & in Additione ita
gule. ar. 50. diserte declaratum est,
à diccefanis non posse eis prefar-
bi statuta, & ordinationes: expe-
se religione prohiberi, ne eis re-
cipiant, & à regula recedant: cui
consoner c. luminoso in V. mū-
quam ordinationem. 18. q. 2. man-
dat ille vt recipiant, obseruent
que, sine exceptione super regu-
la; nî pareant, minatur interdi-
ctum; & non parentibus infig.

S. I.

Quæsumus est I.

AN sint exempti? an obedi-
t natur? Magnum est Apolo-
li Petri præceptum, obedeit pro-
ficiens: sed tamen non ait, quibus ap-
petit; sed vestris. Vid. Innoc. III. inc. 20.
solit. X. de maiorit. D. Tho. 2. 2. q. 13.
Vnde & ei, qui vel superior non
est simpliciter, vel quā in respo-
nior non est, sine crimine negatur
obedientia. & è contrario grane
peccatum est usurpare iurisdictio-
nem sibi non competentem, & in-
dicia peregrina. c. peregrina. 3. q. 4. secundum
nullus, inquit Calixtus, c. nullus p. q. 2.
alterius terminos usurpet, nec alterius
parte